

reputat. Sed ad nobis de his qui foris sicut iudicant
 timeo fratres ne forte eorum sit in nobis qui non
 habitet in adiutorio altissimi. sed confidat in uirtute
 sua. et in diuitiis suis multis. forte enim seruire
 habet quis potens in uigiliis. in ueniis. in labore. et
 ceteris huiusmodi. Aut eorum multorum ut sibi uideatur
 diuitias merito suo tempore acquisiuit. et in his
 confidens remissior est timore dei. Facile itaque ad
 ociositatis et curiositatis perniciosa quaedam securi-
 tate declinat. inuenerunt. detrahunt. diiudicant.
 Quia in seculo si habitaret in adiutorio dei attenderet
 utique sibi. et timeat offendere quem cognoscet sibi esse
 necessarium esse. Tanto siquidem amplius time deum.
 et magis sollicitus esse debuerat. quanto maiora ei
 munera precepit. Neque enim que habentur de eo seruare
 aut tenere possunt sine eo. **U**nde uerbo quod non sine dolore
 loquimur. aut uidemus. **S**unt aliqui qui in confusione
 uero satis timorati et solliciti sunt. donec uicium
 aliud confusione acciperit. et tunc multo magis de
 se uideat debuerat iuxta illud. **Q**ui eduxit me ad
 huc sperantem. incipit sic age. ac si dicat. **U**t quid
 ei seruam? ultra quid iam habent? quod datur?
 est. **S**i scires quod paruum est quod habes. hoc ipsum in
 cito perdis. si non seruauerit ille qui dedit. **H**ec
 enim sunt duo que valde sollicitos nos reddere
 possunt. ut non simus de his qui propterea non habitant
 in adiutorio altissimi. quia non reputant illud ne-
 cessarium sibi esse. **E**t hi sunt qui non sperant in domino
Sunt autem et alii qui et desperant hi sunt scilicet qui
 confidentes in uacillitate propria deficiunt et obruntur
 a pusillanimitate spiritus. habitantes in carne sua.